



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

ANTI||BARBARORVM D. ERAS-||mi Roterodami, liber unus

Erasmus, Desiderius

Coloniæ, 1524

Oratio Foecialium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30133

finiam, quod in utroq; genere literarum muti & infantissimi
prodicissimis in precio sunt, horum opera effectum est: quo
rum dum alius in grammaticis, alius in rhetoricis, alius in dia-
lecticis, alius in physica, alius in theologia scribit, dum hic cō-
mentationibus optimos autores nō illustrat, sed obscurat, nō
adornat, sed contaminat, dum ille quod non intelligit, emen-
dare nō titur, dum alius ex bene græcis, male latina facit, lingue
utriusq; iuxta ignarus, dum ita, inq;, certatim tumultuantur,
inutili officio omnia confuderunt, deprauauerunt, euerterūt,
& quo diligentius suum quisq; officium præsttit, eo plus dā-
ni dedit. Vt si quis manibus merda oblitis puluisculum e pur-
pura conetur extergere, quanto uolet esse officiosior, eo erit
molestior. Verum ijs, quod res infinitam prope disputationē
postulare uidetur, dilatis, reliquas acies totidem conflictibus
adoriemur, hic uero efficiā, ut uel Pyrrho me doctiore esse iu-
reris: Nam rusticanā illā cohortem, tumultuario tantum mili-
te dissipasse sat habebimus, & clypeo illo fictæ religionis nu-
datos, in fugā adegisse, id quod haud multi fuerit negotij. Im-
bellis est enim multitudo e senibus contracta, qui ubi ætatem
per luxum effluxisse intelligunt, iuuenibus ad meliora profi-
ciscientibus, iniuident inepti. Hos igitur primū quidē uralidissi-
mis rationibus, tanquam telis, terga dare cogemus, deinde prä-
lium, ut solent, redintegrates, sacrarum literarum testimonij
uelut ensibus confodiemus. Sub hæc exemplorum copia ob-
rutos, castris quoq; deturbabimus, quibus confectis eodē qua-
si Marte & impetu posteriores aggrediemur, & omnibus ex-
utos armis, omni dimicandi genere superabimus. Sed iā primi
illi sunt laceffendi, si prius foecialis, paterq; patratus iusta pere-
gerint, quibus, ut arbitror, huiusmodi quædam oratio cōgru-
eret, si res serio gereretur.

Oratio Fœcialium.

D



Vo tandem iure o uos Ḡothi, e uestris egressi limitibus,
Qnon modo latinor̄, puincias occupatis (disciplinas loq̄t
liberales) uegetia ipsam urbē reḡ dominā, Latinitatē audetis
incessere; Quanā iniuria lacessit? quid petitis? Quod si bellū
placet, iusto Marte decernite, facite pugnādi copiā. Si pugna
diffiditis, desinete molesti esse, excede solo, regionē hāc pura
gate, uestris finibus continemini. Quod si hostes, q̄ latruncu
li dici malit̄, prodite e latebris, cōserite manus, & publico cer
tamne finis queratur odij̄s, aut uos uicti quiescite, aut nos uo
bis uictorib⁹ concedemus.

Quod literæ complurib⁹ tantoper e sint inui
sæ, nihil aliud eē in causa, nisi quod ignorent.

IAm non audit⁹, proiecta hasta, bellū indixere foeciales, iā
ad pugnā est hostis euocand⁹. Hic ego interpellās: Vide
inquā, ne nimiū hoc sit calidū, nondū oēs tibi peractæ ceremo
niae, porcus tibi saxo feriēdns, priusq̄ ad arma profilias. Probe
mones, inquit. Vtinā ex istis haris, in quib⁹ passim tot crassi
uralidic⁹ sues otiosi saginantur, cib⁹ populi, mihi liceret insig
nē aliquē diligere. Eū ego bipedē libentius mactarē, q̄ ullum
porci quadrupedē. Sed agite, factū putemus, quod ex animo
factō uolumus, & hostē bonis auibus aggrediamur. Nā interi
perinde agā, ac si cū ipsis præsentib⁹ mihi res esset. Vos mo
do huius nostræ dimicatiunculae spectatores sedete. Atq̄ adeo
ne tubā deesse, queratur Erasmus meus, superstitionis, ut uide
or, ceremoniaq̄ obseruator, esto conuictū hoc tubæ loco. Di
cite quæso brutissimi homines, Midæ progenies, statuæ mar
moreæ, quid ita cōmeruere literæ sœculares (sic enim uos ap
pellare soletis, quicquid nō didicistis) ut uos eas tā obstinatis
odijs insectemini, tanq̄ homines ad id unū sint nati, ut erudi
tionē oderint. An quia, & nō didicisse piget, nec discere licet
odisse libert̄. Qd̄ si ipi pignauia desperatis, alijs inuidere pul